MATUTINALE ADMONTENSE (NONNENBREVIER)
Admont, 1180 Seite 126r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



me mee. Qui rursus ait. Ego scio quos ele
gerim. Per contemplationem uero quia super
nosmetipsos tollimur quasi in aera leua
mur. ℟. Letabitur iii. Quatuor ergo faci
es uni sunt quia si requiras quid Matheus
de incarnatione domini sentiat hoc nimi
rum sentit quod Marcus Lucas et Iohannes
si requiras quid Iohannes senciat procul dubio
hoc quod Lucas Marcus et Matheus si requi
ras quid Marcus hoc quod Matheus Iohannes
et Lucas si requiras quid Lucas hoc quod Iohannes
Matheus et Marcus sentit. ℟. De ore prudentis ii.
Quatuor ergo facies uni sunt quia noticia
fidei qua cognoscuntur a deo ipsa est in uno
que est simul in quatuor. Quicquid enim
in uno inueneris hoc in omnibus simul
quatuor recognosces. Et quatuor pen
ne uni quia dei omnipotentis filium dominum
nostrum ihesum xpm simul omnes predicant
concordant et ad diuinitatem eius mentis
oculos leuantes penna contemplatio
nis uolant. ℟. Tristicia uestra v. Euan
gelistarum ergo facies ad humanitatem
dei pertinent penna ad diuinitatem
quia in eum que corporeum aspiciunt
quasi faciem tendunt sed dum hunc in
circumscriptum atque incorporeum esse ex
diuinitate annunciant per contempla
tionis pennam quasi in aera leuantur.
℟. Lux perpetua vi. Quia itaque et una
est fides incarnationis eius in omnibus
et par contemplatio diuinitatis eius
in singulis recte nunc dicitur quatuor

facies uni et quatuor penne uni. Sed
que uirtus esset si fide atque contempla
tione domini habentes predicatores illius
sancta opera non haberent. Sequitur. Et pedes
eorum pedes recti. Quid per pedes nisi gres
sus actuum designantur. ℟. Vidi portam.
Quatuor ergo animalium pedes esse recti vii.
describuntur quia sanctorum euangelista
rum atque omnium perfectorum opera ad sequen
dam iniquitatem non sunt retorta. Hi au
tem pedes rectos non habent qui ad ma
la mundi que reliquerunt reflectuntur.
De quibus scriptum est. Canis reuersus ad uo
mitum suum et sus lota in uolutabro luti.
℟. Candidi facti sunt viii. Dolebat de qui
busdam egregius doctor qui pedum rec
titudinem retro retorserant quibus
per increpationem dicebat. Quomodo iterum
reuertimini ad infirma et egena
mundi elementa quibus denuo serui
re uultis. Dies obseruatis et menses
et tempora et annos. Timeo uos ne for
te sine causa laborauerim in uobis.
℟. Virtute. Ad Cantica. In tabernaculis iustorum.
In illo tempore. Dixit dominus. S. Marcum.
Facilius est camelum per foramen acus
transire quam diuitem intrare in
regnum dei. ℟. Omel. S. Iohannis.
Faciliis gentes que ebri.
tortuose fuerant animo intra
ture fuerant per angustum osti
um regni celestis quam iudei qui di
uites uidebantur. Diuites autem erant